



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

Covarrubias y Leyva, Diego de

Antverpiae, 1610

Vita Didaci Covarvvas A Leyva. Ex Bibliotheca Hispanica à R. P. Andrea Schotto concinnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

VITAE
DIDACI COVARVVIAS
ALEYVA.

Ex Bibliotheca Hispanica à R.P. Andrea Schotto concinnata.

SINGVLARE Hispania ornamentum Didacus exstitit, cum ob singulare iudicium, tum iuris
vtriusque quod scriptis ad posteritatis memoriam sempiternam mirifice illustravit, tractatione.
Natus in anno eius seculi duodecimo Toleti Carperanorum S. Jacobi Feste, unde illi nomen
(Didacus enim idem qui Iacobus) quo etiam anno Pampelona victa Castella Regno Navarra ac-
cessit: parentibus quidem Hispanis, auctore vero materno Belga, Toletana Ecclesia architecto. Hinc
et vtrique nepoti ingens eruditae linguarum Graecae ac Latinae studium, ad rerum cognitionem instum-
pende atque innatum. Patruus Salmanticae sacerdos satis re lauta Didacum et Antonium iactis iam felici-
citer primis Latinae linguae rudimentis, una domi aluit. Post in S. Saluatoris Collegij Ouetensis, ubi nata-
lium integritas quaeritur collegae, eos breui in Iurisperdentia progressus fecerunt, ut equalibus longè ante-
cellerent, post etiam de superiori loco ius publicè ordine interpretarentur, magna auditorum coronam atque
applausu. Tamen vero in Doctoris laurea iniquis iudicium suffragiis Didacus pressus esset, vicit tamen,
ac transcendit; editis mox ingenij monumentis expectationem iudiciumque perturbato animo datum. Pre-
strinxit enim veluti Sol oculorum aciem, amulosque atque aduersarios, qui in eum ora vultusque admirabun-
di conuerterant: et praestanti doctrina viros morumque facilitate omnes sibi adiunxit. In his Ferdinando
Graecarum litterarum Doctore est usus, qui eum in Plinij castigationibus non semel praedicat. Missus hinc à
Rege Catholico in Synodum Tridenti coactam, hoc est in publicum piorum doctissimorumque theatrum una
cum fratre, Ant. item Augustino, Martino Ayala, Aria Montano, ceterisque. Domum ubi reuertit Episcopus
Rodericij oppidi est renunciatus: dein Segobienfis Praesul, et Conchenfis designatus. Neque hic Princeps in
ornando excellentis doctrinae viro studium substitit: quin et Senatus Regij Praesidem ex Antecessore creauit.
Quo munere integrè annos aliquot Reip. constituende sic est usus, ut continenter atque incorruptè ius di-
cendo florem sibi Nobilitatis Hispanicae obstrinxerit, temporis usque eo parcus, cetera minimè auarus, ut
semihorae spatium, quo Senatores una ad Regem ingressuri expectare solent, elabi sine fructu non sineret: in-
citus, credo, C. Plinij Maioris exemplo, qui temporis, quod studijs non daretur, iacturam longè Maximam
existimaret. Sic interea loci, collegis inambulantiibus paucis mensibus Platonem, ac Rhodigini Antiquas le-
ctiones, quasi aliud agens, euoluit. Et verò VARIARVM RESOLVTIONVM libri quantum hic posset,
satis ostendunt: de RE scripsit NUMERARIA, acutè: hinc à malenolis iactatum, nouisse illum Budaeum
de assè, praeterea nihil: quos facile reliqua tanti viri monumenta foras data refellunt. Sunt autem in mani-
bus haec SVPER 4. DECRETA. SVPER 6. DECRETA. ET REGVLIS IVRIS; SVPER
CLEMENTINIS. DE HOMICIDIO CL. SIFVRJOSVS, VARIARVM EX IVRE PON-
TIFICIO REGIO ET CÆSARIS RESOLVTIONVM LIB. 3. PRACTICÆ QVÆS-
TIONES: eiusdem COLLATIO VETERVM NUMISMATVM cum his quae modò expenduntur
publica et regia auctoritate percussa. Excusa passim Salmantica, Venetijs, Lugduni et in Germania,
Obijt Madriti Praes die. XXVII. Septemb. an. M. D. LXXVII. etatis anno. LXVI.

* 3

A D

